



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

63 Sola solorum permutantium vtilitas an sit causa sufficiens ad
permutationes admittendas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Sed ecquid sola solorum permutantium sufficiat utilitas? Ita videtur; quando quidem causam translationis personarum hoc loco sufficere videmus hanc, vt qui vni loco minus sunt vtilis alibi se valeant vtilius exercere. quod vel utilitatis alibi meliùs tuendæ vel amicitiarum sanctorum alibi & faciliùs comparandarum & feliciter fouendarum ratione frequenter accidit. id ipsum & ex c. Cùm vniuersorum. in verb. vtilitati vtriusque. hoc tit. satis apparet. Nec enim Pontifex hoc loco de solius ecclesiæ vel utilitate vel necessitate loquitur sed in genere de necessitate vel utilitate, siue sit vtrique communis tam ecclesiæ quàm personæ, siue soli ecclesiæ, siue soli personæ, peculiaris ac propria. Quamquam necessitas vel utilitas ecclesiarum proculdubio vel maximè spectanda venit, vt ex proæmio nostro constitit. Ad eò vt & inuicem subinde transferantur; siue permutationibus maximè spontaneis interuenientibus, ita postulante videlicet ecclesiarum necessitate, siue vni atque rationibus aliis; vt omnes plerique Doctores hic attingunt. De priuata certè potissimum personarum loquebatur utilitate Isidorus, cùm diceret mutationem loci cõuersis interdum valere pro salute suæ animæ: plerumque enim loco mutato mutari mētis affectum. congruum itaque esse inde etiam corporaliter nulli vbi quisque illecebris deseruiuit. nam locum vbi quisque prauè vixerit in aspectu mentis apponere quod sæpe ibi quisque cogitauit vel gessit. c. valet interdum. dist. 81. Quidsi de

c ij loco

63
Sola solorum permutantium utilitas an sit causa sufficiens ad permutaciones admittendas.

64
Inuita permutatio translationis quoque.

65
Mutatio loci subinde perutilis ac necessaria.